

coetu tam improbos belluones revertisse, sed nemo hanc culpam
prestare potest; ego tamen lapidor, quod autor fuerim eò tra-
mittendi. Pro gratiarum actione refero praeterea à quoy quo
carendum mihi diu est pecunia, quam in nebulones profudi; sed
valeant; rogo te ut mihi omnia de omnibz. Includi; epistolam
cuius mei, qui simili marasmo contabescit. Tibi schiz quoy
Caesar. Consil. Camera et nuper preses S. Vale et vive feliciter,
meqz amare perge. Bresla 20. Jan: 1585.

80)

Taddaeo Hagecio ab Hageck hndr. Dudit.
Carissime atqz Excell. Doctor, Domine et trice honorande
et charissime S. P. et felicissima omnia.
A quo tempore nos Bresla contagio illa pestilens extra-
sit in hoc loca, nihil de vestro stata cognoscere potui, de
quo equidem pro mea erga vos perpetua et constanti
et sanè eximia benevolentia valde sollicitus sum. Seto igitur
magorem in modum, ut de validudine vestra vestrorumqz
liberorum, praesertim verò ejus, quem ex Anglia reducent
multis annis bonis s. ut audio magna mea cum voluptate
cumulatam, fortasse jam in aula collocastis. Deg illi et vobis
vestrisqz omnibz una cum uxore omnia summa et opta-
tissima largiatur. Nos absumus à nostra urbe 9. miliar.
in arce Illustriss. Dni Comitibz Goreani Palatini Posnani-
ensis uxoris meae consobrini. Etsi verò jam Bresla
Dei beneficio pestis seruire desinit, et propterea multi
remigrant, nos tamen nondum hinc abire sinit huma-
nissimus et liberalissimus heros, hospes noster, tum ne nos
in periculum conjiciamus, tum ut uxor mea, qua non
ib. dies à partu, ut conjicimus, abest, huc infantem suum
in lucem edat: Deg nobis adfit. Nos etsi serivili jam
sumus, si aliis in rebz vestras virtutes imitari non posse-
mus, in propaganda tamen sobole ita vobiscum certamus,
ut non longo intervallo à vobis relinquamur. Supto sicut
ecquid tandem constituit facere Electore de tuo Aquilone,
tum illud quoqz, an aliquis typographus jam sub prelo habeat
Cometicas illas vestras, immortalitate dignissimas incubatio-
nes

Si nemo est hoc tam iniquo Mathematicis seculo, qui
 in eam rem facere velit, ego dabo omnem operam,
 ne tam eximias meditationes vestras diu in tenebris deli-
 rescant. Itaque rogo, ut eas recognoscatis, et extremam
 eis manum admoveatis, et ad me si lubet mittatis, ut
 ego quoy, tanquam anser inter oves interstrepam, et
 adhibito Wittichij nostri quoy, iudicio, aliquid vobis subji-
 cianus, quod vel addendum vel detrahendum, vel etiam
 mutandum videatur. Quid tamen totum censura et arbi-
 trari vestro subicietur. Hoc facto, quin ante huc quoy,
 si modi prius sententiam vestram ex literis vestris in-
 telligam. Jagan cum typographo uno atq, altero vel
 Noribergensi vel Wecheliano vel alio, ut meis sumptibus
 in lucem emittantur. Est mi fallor adhuc isthic D. Dec
 Angly Mathematicus insignis, et ut audio hospes vester
 est. Illius consuetudo et familiaria colloquia multum
 juvare et promoveres istas vestras cogitationes et stu-
 dia potuerunt. Ajunt eum visiones, nescio quas, ha-
 bere. Obsecro te liberè et candidè si ut tuus est mos:
 significes mihi, quid tu sentias, qui sacrarum literarum
 cognitione, prudentia, iudicio et rerum usu magno pre-
 ditus unq omnium optimè de his rebus judicare potes. Est
 in eorum contubernio, aut certe ipsis notus Angly, qui
 cum Dec versantur. Franciscus Puccius nobilis et Libri-
 ciy Florentiny ad eum scribo, rogo ut ei inclusas huc li-
 teras certi reddi cures, et responsum expetas. Jam à multy
 annis ut te meminisse credo, diligenter per amicos aliquem
 Mathematicum quero, non elementarium, sed qui majores
 progressy fecerit, nec tamen adhuc reperire quengquam
 potui. Henricum Savile nostrum mala mea fors eri-
 puit mihi et patrie amor: quem sanguine ipso meo re-
 dimerem si fieri id posset, quoniam frustra id spero: ob-
 secro te ut communicato cum ipso Dec consilio aliquem
 mihi reperias, qui mecum vivere velit; tractabo eum
 humaniter, et salarium annuum de vestra voluntate
 illi constituam. Omnis generis libry abundabit et ocio-
 scis

Sis has disciplinas socio et iuvatore opus habere. De
ipso autem Savile, ubi sit, quid agat, quem locum apud suos
habeat, fac, amabo, ocyus me certiore. Valde sum de
eo sollicitus, nec mirari satis possum, quid causa sit, quod
à biennio nullam ad me syllabam dederit. Si quando cum
ornamento illo aula nostra Dno Kurtz in colloquium
venies, rogo te, ut mea illi obsequia diligenter com-
mendes et impetres aliquid ab ejs uberem, et perpolitum in-
genio profectum in his studiis. Finckii illius, qui honori-
ficam tui in prefatione libri sui mentionem facit, abijt
in Italianam dolori mihi fuit. Spes n. mihi injecta
fuerat fore, ut ad me veniret. Iterum te rogo, sit
tibi cura hęc mea de Mathematico inveniendo cura.
Fortasse etiam Dominus Anichini humanissimus vir
nos adjuvare poterit. Mallem equidem Gallum aut An-
glum quam alterius nationis hominem. Uxor mea vos
amanter salutat et ego omnes, quotquot estis. Valete
feliciter. Gorae 20. Xbris 1585.

D. Pareus

81)

D. Petro Hübnero, Philosopho et Theo-
logo Bernensi

Salutem. Ex D. Hortino, Petre amicorum antiquissima
intellexi te in Bernensi Gymnasio Professore agere.
ipsius collegam esse factum, de quo tibi, ut debeo, gratu-
lor. Toto enim hoc disputationis nostrae septennio vix
certi quid de te aliisq; compluribus amicis licuit cognoscere,
quos jam paulatim Heidelbergæ ex noverca mater
facta recolligit. Non dubito, quin de Palatinatu, qui
Germania jam sabula est, apud vos rumor sit multus,
et de pueris nostris in ista hostium rabie, tu quoq;
plurima desideres audire. Ego itaq; de his prolixè ad te
scriberem, nisi ex D. Hortino, qui solus quid rerum
nostrarum spectator et investigator, omnia rectius
vos cognituros esse considerem. Hoc unum mihi
crede, non humano consilio aut vobis, sed divino plane
miraculo